

adversatur, aut bono communi, spirituali & politico remorat facit, generaliter à Jure damnata est. Textus in *in script. & nigro cap.* ex parte 10. de *Conscriptu.* Ratio est: quia tales Conscriptudines videntur Naturali & Divino Juri repugnare; idéque tanquam irrationabiles valere non possunt. Confer *Passerinus* ad b. sit. in 6. & P. *Pirhing* ad b. tit. X. foli. 2. 9. 2. pr. ubi plures ejus generis Conscriptudines reprobatas adducunt.

Dico V. Quando Conscriptudo ex alia ratione generalibus terminis est sublata, non centetur esse sublata vel prohibita immemorialis. Rota Rom. in *Recens.* p. 4. 10. 1. dec. 286. n. 1. & 2. *Cravetta de antiquis temp. pag. m. 287.* num. 43. *Covarruv. lib. 3. Par. refolut. cap. 13.* num. 5. *Panormitan. in cap. ult. & de Conscriptu.* num. 35. *Layman. Theol. Moral. lib. 1. tr. 4.* cap. 24. num. 7. *Joann. Honori. ad d. tit.* n. 6. D. *Braun. l. conclus. 2. pag. 24.* P. *Wiesfner ad cit. tit. num. 46.* Ratio est: quia Confusedudo temporis immemorialis habet vim & effectum privilegii, specialiter à Principe concessi, cap. *conquiescens* §. IX. q. 3. cap.

*super 2.6. de V.S. l. hoc jure* 3. 6. 4. ff. *de ag. quo.* & *affir.* Adeoque, nisi Princeps specialiter exprimat, Conscriptudinem immemorialem prohibere voluisse non presumitur arg. cap. *licet de Conscriptu. in 6.*

Dico VI. Quando Conscriptudo generalibus terminis est reprobata: v. g. non obstante quavis Conscriptudine & non censetur esse prohibita Conscriptudo pro tempore futurō, quod definet ratio, ob quam est prohibita. Zösl. ad tit. ff. de *LL. num. 81.* *Palae. punit. 4. 2. num. 40.* *Pirhing ad tit. de Conscriptu. num. 65.* Vivianus ad *cap. ult. d. tit. P. Wiesfner ad ennd. tit. num. 44.* Ratio est partim: quia, celsante ratione Legis prohibitive, celsat etiam Lex arg. cap. cum cessante 60. de Appellat. partim quia ipsa Lex, Conscriptudinem reprobans, cum sit positiva, per novam Conscriptudinem absoleri potest. Cetera, quae de Confusedudo ratione objecti disputari possunt: v.g. utrum in decimis, jure patronatus, jure eligendi &c. valeat Conscriptudo? Ex tract. de *Præscript.* ceteris partibus emendanda & applicanda sunt.



TRA-

TRACTATUS II.  
DE PRÆSCRIPTIO-  
NIBUS.



Uamquam titulus Præscriptionis in nostris Decretalibus non in Libro I. sed II. & quidem numerò XXVI. inventiatur; Præscriptionem tamen Conscriptudini, in precedenti tract. cap. ult. discussæ, sive medio subiecte volui, non aliam ob causam, nisi quod tanta sit Conscriptudinis & Præscriptionis similitudo, ut non tantum Jurium-periti vocabulum unum cum altero sepiuscule confundant, veluti testatur Rota Romana in *Recens.* p. 3. decis. 379. num. 12. Sed etiam Iuris subinde Præscriptionem pro Conscriptudine, & econtra Conscriptudinem pro Præscriptione ponant, sicut liquet ex *cap. querelam 24. de Elect.* cap. *cum contingat 13. de Foro Compet.* cap *super quibusdam 26. de V.S.* Mecetur autem Præscriptio specialem tractatum vel ideo, quia in utroque foro quotidiana lites & controversias suppeditat.

## CAPUT I.

## De Natura &amp; Varietate Præscriptionis.

Naturam & Varietatem Præscriptionis intimius & certius investigare non licet, ac si illius nomen, definitio, & divisio statim in principio dilucidetur. Idcirco moram non facio, sed circa ambigues ad rem venio.

## SECTIO I.

## De Nomine Præscriptionis.

## SUMMARIA.

1. & seq. Explicatur nomen Præscriptionis. 7. Syonymia subicitur. 8. & seq. Differentia, qua cliv inter Usuacionem & Præscriptionem intercesserat, subicitur. 21. & seq. Has ferè est hodie sublata. 23. & seq. Homonymia Præscriptionis.

## S. I.

## Etymologia Præscriptionis.

Veteres Jctos Præscriptionis vocabulo exceptionem, designasse, indigit tit. de Except. *præscript. & præjnd.* Vel quia exceptionibus, non minus quam actionibus, juxta usitatum quondam Curia stylum certa formula à Prætore præscripta fuit, veluti perhibet Covarruv. in *relebt. cap. professor. de R. J.* in 6. p. 1. init. Vel quia, dum præscribere idem est, ac anteà scribere, & metaphoricè pro dictare, seu alicui præscribere accipiatur, reus excipiendò dictat & præscribit acto.

P. SCHMIER JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

Y

dum

dum aut omitendum fuisset in actione instituenda, veluti cum Vulteo lib. 2. de Jud. cap. 7. num. 31. idem Gonzalez evincere conatur.

4. Pr̄scriptio, sic explicata, bifariam erat accepta ab antiquis. I. generatim pro omni exceptione, quae ad elenditas cujusunque generis actiones opponitur, ut videre est in l. ult. ff. de Suppet. ruror. I. sed eti 52. §. ult. ff. de Judic. I. pr̄varicationis 3. §. 1. ff. de Pr̄varicatione. in qua posteriori l. pr̄scribere accusatori

## §. II.

## Synonymia Pr̄scriptionis.

7. Non uno duntaxat contenta nomine Pr̄scriptio, varia sibi vocabula in Jure vendicant. Nam I. in l. nec miles 20. l. ac pr̄tor 23. §. 1. ff. Ex quib. caus. major. & alibi votatur usus. II. in l. denique 19. l. cum miles 30. in pr. ff. eod. nuncupatur possesse. III. in l. inter 24. ff. de Dovat. inter vir. & uxor. appellatur temporis suffragium. IV. in l. ult. Cod. ne Rei Domini. vel temporis vindicatio &c. nominatur incubatio diuturna. V. in tot. tit. Inst. & ff. de Usucacionibus & passim dicitur usucacio; circa quam

8. Adverto I. usucacione inde sic dictam, quod capionem seu acquisitionem per usum denotet, dum capere in usu Juris nostri est aliquid ita acquirere, ut nonfructu fiat, & sit mansurum l. aliud est 71. in pr. ff. de V.S. Clariſſ. D. Franz ad tit. 6. Inst. de Usucap. §. 1. num. 1.

9. Adverto II. siue nonnullos, qui usucacionem inter & Pr̄scriptionem hanc assignarunt differentiam, quod illa sit rerum mobilium; haec verò immobiliarum duntaxat. Communiter tamen ita opinio à DD. rejicietur: quia in pluribus Juris textibus usucacio ad res mobiles perinde atque ad immobiles indistincte referunt. Sic enim in pr. Inst. de Usucap. Imperator non aliam distinctionem inter res mobiles & immobiles assert, quām temporis diversitatem in usucacione complenda. Sic in l. sequitur 4. §. 2. ff. eod. Paulus edidit, fundum, propter violentiam possessoris expulsionem derelictum à tertio longo tempore usucaci posse. Sic in l. non folium 33. §. 3. ff. d. t. Julianus pronuntiat, fundum longo tempore capi. P. Engel ad h. t. num. 1. in fine. P. Haunold de f. & f. tract. 5. cap. 2. controv. 1. num. 155. Covarruv. cit. loc. §. nn. n. 2. & 3.

10. Nec adversatur l. nn. Cod. de Usucap. transform. qui potius suffragatur proposito: quia Justinianus expressum ibidem meminit, in statu sibi rebus usucacionem olim admissemus suffisse; neque distinguit inter res mobiles & immobiles quoad denominationem, sed quoad tempus, ut illa triennio, ista decennio, viennio, vel triennio acquireantur.

11. Adverto IV. cum eodem D. Rath. d. cap. 21 affert. 3. & Bacchovio cit. num. 4. in fin. post labilatum hodie dominii Quiritarum & bonitarum divisionem in l. nn. Cod. de Nud. jur. Quirit. sol-

lend.

idem est, ac oppositā exceptione accusatorem submovere. II. speciatim pro exceptione peremptoria juris, per lapsum temporis, à Legē constitutum, extincti, sicut ex tot. tit. Cod. de Praefr. long. temp. & Cod. de Praefr. 10. vel. 40. annor. abunde liquet. Cuius 6

exceptione, quae ad elenditas cujusunque generis actiones opponitur, ut videre est in l. ult. ff. de Suppet. ruror. I. sed eti 52. §. ult. ff. de Judic. I. pr̄varicationis 3. §. 1. ff. de Pr̄varicatione. in qua posteriori l. pr̄scribere accusatori

## Homenymia Pr̄scriptionis.

171

tend. & transformatam à Justiniano usucacionem d.l. nn. Cod. de Usucap. transform. nullam amplius differentiam in rebus, vel in loco, vel in tempore, vel in effectu inter usucacionem & Pr̄scriptionem superesse, ita ut res immobiles, ubicunque locorum sita, unā cum plenissimo dominio longi temporis possessori acquireantur: Sacris Canonibus maximē inspeccis, qui, attestante P. Engel, promiscue de usucacione & Pr̄scriptione loquuntur; veluti præter alia ex inscriptione tituli de Pr̄scriptionibus tum X. tum in sexto manifestum evadit. Nisi quod in propria significatione Pr̄scriptio ab usucacione velut genus à specie distingui videatur: cū omnī quidem usucacio dici Pr̄scriptio, non item econtra omnis Pr̄scriptio usucacio appellari possit, sed ea tantum, que rerum est corporalium per l. servus 43. §. 1. ff. de A. R. D. ubi Caius, incorporales res, ait, traditionem & usucacionem non recipere, manifestum est. Et idē terminus Pr̄scriptionis, tenuquam generalior & latius patens, in defusco præsentis tractatus continuo ferè applicabitur.

## §. III.

## Homenymia Pr̄scriptionis.

22. Pr̄scriptio, quatenus includit tam exceptionem quād usucacionem, duplicitate hic accipitur. Pr̄mid. casualliter & incompletè, pro ipsa nimurū viali ac casuali acquisitione Pr̄scriptionis per antecedentem possessionem: quod in sensu Pr̄scriptio inchoari, curare, impleri dicitur in cap. ex transmis. 10. c. ad audientiam 13. X. p. t. l. iusq. errore 44. §. pen. &

## SECTIO II.

## De Definitione Pr̄scriptionis.

## SUMMARIUM.

25. & seqq. Examinantur aliorum definitiones. 30. Nostra definitio. 31. & seq. Eſt modus acquirendi. 33. & seqq. Quo jus vel liberationem à Jure. 36. Privilegio temporis manus-

sumur. 37. Duplex obiectio. 38. Duplex responsio. 39. & seqq. Plures differēcias inter Pr̄scriptionem & Consuetudinem affiguntur.

## §. I.

## Aliorum Definitiones.

25. Pr̄scriptio definitur à variis varijs. Glossa, Alciatus, Covarruv. ad cap. possessor. d. loc. num. 4. ita definunt: Pr̄scriptio est exceptio, extempore substantiam capiens, quæ actioni aut exceptioni obiectatur. Hanc tamē definitionem post Joannem Andream impugnat Felius in pr. b. t. & Panormitanus ad rrb. ejusd. tit. num. 1. tum quia non ex solo tempore substantiam capit Pr̄scriptionis: tum quia causa finalis Pr̄scriptionis non exprimitur.

26. Ita igitur Authorēs definunt aliter, ac dicunt: Pr̄scriptionem esse jus, ex tempore congruum vim auctoritate Legum capiens, pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponens: eamque definitionem, tanquam communī calculū approbatam, refert, & sequitur Franciscus Balbus tract. de Praefr. 1. 27 part. Princip. quib. 1. num. 3. Sed ita quoque definitio censurā vapulat a Petro Gilkenio tract. de Usucap. & Praefr. part. 1. cap. 2. num. 22. & seqq. Didaco Covarruv. loc. citat. & alius I. quia nimurū prolixā & diducta videtur. II. quia principaliter in pœnam negligentium inducta probatur; quod plerique non admittunt. III. quia non solum autho-

ritate Legis, sed etiam consuetudinis, conventionis, decretū Judicis, facia introducēt appellacionis, vel quid cum dilatione constitutius, vigorent accipit. IV. quia nullam dominii aut juris, quod dominio est proximum, ac per Pr̄scriptionem deferris sollet, mentionem facit. D. Rath assert. I. & plurimi ex modernis sequuntur Modelinum in l. 3. ff. b. t. ac defendunt, Pr̄scriptionem esse acquisitionem dominii per continuationem possessionis temporis Legis definiti. At non defunt, quibus nec ista definitio placet, atque inter hos Balbus loc. cit. num. 1. & 2. partim quia ad res corporales tantum restricta, non etiam incorporales, non ad iura, non ad obligations extensa est: partim quia non omnis Pr̄scriptio possessio nem desiderat, ut postea videbimus.

In tanta & definitiū & definitionum varietate, si candidē licet aperire, quid sentiam, dico, quod neutram quidem harum definitionum improbat, neutram tamen, attentis maximē Juris, post transmutatam usucacionem, regulis, recipiam. Prima enim Pr̄scriptionem, multis velut parangis ab usucacione remotam, secundum antiqui Ju-

ris

Y 2

ris dogmata expendit. Altera falso laborat supposito, quasi nempe principaliter in poemam negligentium Præscriptio fuerit inventa.

## §. II.

## Nostra Definitio.

**N**empe Præscriptio est modus acquirendi, quod jus vel liberationem privilegiò temporis nanciscimur. Ita Clariss. Facultatis nostræ Professores, D. Josephus Bernardus Gletle p. m. in Institut. ad h. t. num. 2. D. Josephus Bonaventura Franz ad eund. iii. num. 4. Bonitas Definitionis ex brevi ejusdem anatomia eratur.

**31** Dicitur ergo I. modus acquirendi. Quæ verba occupant locum generis, atque Præscriptionem cum aliis acquirendi modis parificant. Nec scrupulum movere debet, quod genus multò proximius afferri potuisse, addendò nimirum, est modus acquirendi civilis ad mentem Imperatoris in §. ult. b. i. l. & b. 3. b. Nam meminiisse oportet, Jurisperitos certare, & adhuc sub Judice literis esse, rectius Præscriptio ad modos acquirendi civiles, aut naturales referatur? Quæ disquisitio cum propriè ad causam efficientem pertinet, nolui terminum, modò adhuc ambiguum, Definitioni attexere.

**32** Dicitur II. quod jus vel liberationem nanciscimur. Quibus particulis tum objectum, tum effectus Præscriptionis indicatur, quod nempe omnis Præscriptio eō tendat, ut vel jus de nova nascatur, vel jus ante præhabitum perimitur. Vel enim alterum mihi intendo facere obligatum, idque seu mediante fūt immediatè, puta rem aut personam tuhi subordinandō: vel ab obligatione, quæ alteri obseruitus sum, extricare me cupio? Si prius; actus possessorios per tempus, à Lege determinatum, exercendō, jus reale vel personale pro diversitate possessorios acquiro. Si posterius; creditore jus suum querere, & exercevere negligente, post completum Præscriptionis tempus liberationem ab obligatione conlequo; sicut in omni Præscriptionis specie velius vel liberatio præscribenti accrescit.

**33** Quod autem per effectum effatur definitio, non est, quod miretur quispiam: nam, si Clarissimo & verè Magno ICto, D. Balthasar. Braun, adstipulari libeat, definitiones juridice frequenter à modo vel effectu deducuntur: cum in rebus mortalibus intimas & essentiales rerum differentias ferè ignoramus. Videatur Author iste de Juri sprud. p. 1. cap. 3. §. 2. num. 25.

**34** Unicum hic ex P. Engel ad tit. de Præscript. d. num. 1. adnotari velim: in communione loquendi usu, ne censoria Prisciani virgulâ castigemur, sequentes phrasēs esse usurpandas: ut nimirum, si per Præscriptionem illius alterius extinctum sit, dativō utamur, dicendō v. g. juri, actioni, servitutē præscriptum est: si vero juri aliquod de novo sit partum, nominativum vel accusativum adhibeamus, dicendō

ta. Tertia solam usucaptionem, ceu veteri more à Præscriptione distinctam, explicat. Aliam itaque definitionem concilio.

tes,

v. g. præscriptum est dominium, jus, servitus &c. vel præscripti jurisdictionem, venationem, servitutem &c.

Dicitur III. privilegiò temporis nanciscimur. Quibus in terminis specifica Præscriptionis differunt cernitur, quā à reliquo acquirendi modis fecerintur: isti enim non prærogatiū temporis nituntur, sed traditione, occupatione, voluntatis contestatione, aut actione alia, ad producendum jus habili, perficiuntur, prout fuisse declarant interpres ad isti. Inf. de R. D. & ad tit. ff. de A. R. D.

Dices I. potissimum Præscriptionis vim in titulo, bona fide, & possesso sitam esse: adeoque earum conditionum maiorem, quam ipsius temporis, rationem habendam. II. non videri Præscriptionē à confuetudine distinguunt, etiam confuetudo jus vel liberationem privilegiò temporis pariat.

Reip. ad I. prænominatas conditions col. 3. 8 legimus ad Præscriptionem qualilibet de necessitate non requiri, ut suò loco demonstrabitur. Ad alterum dico, confuetudinem juxta præced. tr. cap. ult. n. 12. à Præscriptione sufficienter discriminari per hoc, quod illa jus legale communitatī quæ talis; hac jus proprietatis & privatum privatis tribuat.

Accedunt aliae differētiae I. quod Præscriptio sit modus acquirendi, à Lege introducens; confuetudo sit ipsa Lex non-scripta, tacetisque Principis auctorita firmata. II. quod confuetudo perficiatur à communitate quæ talis; constitutus utrum promiscuum personis, etiam incertis & indeterminatis; nec aliqui magis vel minus profisit aut obicit: econtra Præscriptio perficiatur à privatis, vel etiam communitatibus, privatorum instar confederatis; obicit vel profit personis certis ac determinatis, & unum magis quam alteri. III. quod confuetudo non requirat tempus essentialiter, sed tanquam conditionem, sine qua non potest in notitiam communitatēs devenire; indeque certo tempore in nostra & veteri sententia non sit alligata: cùm è diametro tempus certum ac determinatum essentialiter in qualibet Præscriptione requiratur. Videantur Card. de Luca de Servi. dif. 26. num. 7. dif. 28. num. 6. & de Juri stat. dif. 34. num. 28. dif. 96. num. 15. Balbus de Præscript. i. p. princ. q. 10. Covarruv in relat. cap. possessor. p. 2. §. 3. num. 2. Gonzalez ad cap. ult. b. iii. in not. lit. 1. Gletle 1. p. Pandect. quæf. 6. objec. 5.

Quia in re proderit duos casus, à Rota Romana decifos, afferre. Primus est, quod Capitulum aliquod à longo tempore à jure votandi in electionibus & omnibus aliis actibus Capitaliaribus exclusit familiares, officiales, & domesticos sui Archiepiscopi, qui dignitas

## Prævia Divisio.

173

& commune favore rotius Capituli comparatum; nec ademptum est personæ certæ ac determinate jus aliquod, sed potius in genere ac indeterminate à voto sunt exclusi personæ, Archiepiscopo familiares &c. In se-<sup>44</sup> cundo casu eadem Rota d. p. dec. 479. in una Burgen. distributionem censuit, inductam fuisse Præscriptionem: utpote cum jus privatum singulari & certe personæ ablatum, ac singulis de Capitulo quidquam acquisitum fuerit.

## SECTIO III.

## De Divisione Præscriptionis.

## SUMMARIUM.

45. & seq. Præscriptio alia est positiva, alia privativa. 47. & seq. Coincidit cum Præscriptione propria & impropria. 49. Huius exempla. 50. & seq. Autores buiis divisionis. 52. & seq. Præscriptio alia Legalis, alia conventionalis. 54. & seq. Huius exempla. 56. Præscriptio alia memorialis. 57. Alia innominalis. 58. Alia nominata. 59. Alia immemorialis. 60. De hac moventur aliquæ dubia. 61. & seq. Concluduntur, & probatur, quæ tempus immemoriale.

## §. I.

## Prævia Divisio.

Præscriptio privativa est propria illius species. Huc pertinent plures Præscriptionum species, actiones, & obligations personales, penales, termini & dilatations judiciales, & denique diversæ Præscriptions temporales, de quibus agitur in tit. ff. de divers. temp. Præscript.

Hanc divisionem, quamvis fortasse non nulli velut exoticam & exosam explodant, præcipuum est textus tum Juris Canonici, tum Civilis in cap. 3. de R. J. in 6. 1. fine possessor. 25. ff. b. in quibus Præscriptio sine possesso impossibiliter judicatur: alii tamen authori 47. scribente de novo produci. Privariam appello, quæ nullum jus in præscribentem transit, jus tamen creditoris aut domini perimitur. Præscriptionem primi generis alii dicunt propriam, atque ad ejus complementum possessonem deferant. Præscriptionem secundi generis baptizant impropianam, atque ad ejusdem complementum nullam omnino possessionem, sed nudum temporis lapsum, existat. Et hic dividendi modus coincidit haud dubie cum primo: uti enim in Præscriptione impropia non opus est possessonē; ita nec in privativa: dum ad extincionem juris in alio Jura plus non efflagitant, quam decursum temporis, ad quod exercitum & usus illius iuris erat restrictus. Libentius tamen afflumpli priorem loquendi modum: quia etiam

## §. II.

## Altera Divisio.

Ecundū dividitur Præscriptio in Legalem, & conventionalem. Legalis est, quæ ex tempore, Legibus definito suum caput substantiam; quæ de in presenti nobis præcipue sermo est. Conventionalis est, quæ ex tempore, speciali hominum conventione determinato, 13 vires accipit. Definitor à Samuele Stryckio,

Y;

etibus

Stibus, sed maximè in emptione-venditione: huic namque frequentissimè adjiciuntur pacta Legis Commissoris, nec non Additio[n]is in diem, quibus individuum quasi comitem se junxit. Praescriptio conventionalis. Enimvero in pacto Legis Commissoris, quando partes ita inter se convenient, ut, pretio ab emitore intra certum tempus non soluto, res sit inempta, Praescriptio conventionalis id operatur, ut, si empor huic conventioni transfert, si melior exiterit conditio *l. in diem 1. ff. de Addit. in diem*. Plura, qui examinatur, aedat cit. Stryck. d. diff. per se.

## S. III.

## Tertia Divisio.

**56** Tertiò Praescriptionem dividio in memorialem seu memorabilem & immemorialem seu immemorabilem. *Amemoriale* nomen, cuius origo memoriam hominum non excedit. Hanc subdivido in nominata[m] & innominata[m]. *Innominata* detribuo, que certum ac specificum nomen neque à Jure neque à Jureperitis accepit, puta quæ die, mense, anno, vel vienniū concludit[ur]. **57** *Nominata* dico, que certum ac specificum nomen vel à Jure, vel à Jureperitis nacta est. Discipitur in *Ordinariam*, seu longi temporis, que in rebus mobilibus trienniū, in rebus immobilibus decenniū aut vicenniū circumscribitur; & *Extraordinariam*, seu longissimi temporis, que 30. vel 40. annis absolvitur.

**58** *Immemboriale* nuncupo, cuius initium excedit hominem memoriam. Cirkus hanc.

**59** Dubitatur I. an ad eis substantiam sufficiat, si hominum, de facto existentium, memoriam excedat; an verò præter hoc necessarium sit, ut etiam per instrumenta vel alia de non confest per contrario, quod scilicet res ante tot. & tot annos at alio, quam præscribente ejusque majoribus, unquam fuerit possedit? II. an supposito, quod sufficiat, originem possessionis ignorari, tempus immemoriale debeat ultra 100. annos excurrere? III. an & quomodo Praescriptio immemoriale probari possit? Ut distinet[ur] hæc resolvam dubia.

**60** Dico I. Conceptus Praescriptionis immemoriales non destruit, tametsi de contraria possessione per instrumenta vel aliud constet, v. g. quod possedit fundi Tusculani ante 200. annos non ad Cajum præscribentem, sed Mævium spectaverit, duinmodò initium possessionis, modò ad Cajum pertinens, ab hominibus, modò viventibus, necsciat.

**61** Est communior sententia, quam post Molinam de *J. & J. l. 2. diff. 76. num. 3.* proponunt Clarissimi Facultatis nostræ Collegæ, Engel ad *iii. de Decim. §. 7. num. 30.* König ad *tit. de Praescript. num. 3.* Blumblacher de *Servit. prædial. cap. 3. q. 5. num. 1.* Someting *Semicent. illib. controv. 1. decad. cont. 10. num. 6.* Franz *Jurisprud. quintipl. q. 6. num. 18.* eamque lectantur Befold in *thes. præf. v. Ritterschafft. Stryck de Jure sens. differt. 8. cap. 3. n. 14.*

deat; quam in rem est famosus textus *in l. 2. n. 38. ff. de Minor.* Similiter in pacto<sup>ff</sup> Additio[n]is in diem, quando contrahentes ita palcantur, ut, si intra definitum tempus aliis meliorem obtulerit conditionem, res inempta sit, Praescriptio Conventionalis vel irrevocabile dominum ex parte emptoris progenerat, si melior conditio non fuerit obligata; vel idem dominum ad venditorem transferat, si melior exiterit conditio *l. in diem 1. ff. de Addit. in diem*. Plura, qui examinatur, aedat cit. Stryck. d. diff. per se.

## Tertia Divisio.

que Jura ex vetustissimis documentis quotidianie probari videntur. Hæc autem sequela est absurdia. Ergo non melioris notæ est antecedens, unde deducta est.

**62** Inter adverbi sententie Fautores novissime recenter Clariß. P. Friderich de *Decim. sub n. 452. & seq. & n. 454.* cui in speciem famulantur partim textus Canonici in *cap. confutandis 1. de Confus. in 6. & cap. Episcopum 1. de Praescript. eod. in 6.* ubi tempus immemoriale dicitur, cuius contraria memoria non exsistit; vel quando in contrarium membraria non exsistit, partim textus Civilis in *l. si arbitr. 28. ff. de Probat. ubi afferitur, cum memoriam operis facti non exstare, cùm omnino habeat opinio, nec vidisse, nec audisse, cùm id opus fieret; neque ex eis audiisse, qui vidissent, aut audissent, & hoc infinitè sursum versus; necnon in l. in summa 2. §. 8. ff. de Aqua & aqua pluv. ibi: cùm quarum, an memoria exstet super factu opere, non dicunt, non consulent ad liquidum exquirendum, sed sufficiere, si quis fecit factum, hoc est, si factum esse non ambigunt.*

**71** Verum ad textus Canonicos facili[m] responder P. Engel *cit. l. sensum illorum hunc est, cùm initia memoria non est in contrarium, seu cuius initium ignoratur; & quidem, ut memoriam in n. 67. per homines, de facto viventes.* Hæc responso ex textibus Civilibus, in n. 70. oppositus, non mediocre sortitur robur: cùd quod memoriam facti operis non defundat à quibusunque documentis aut monumentis, sed à testibus seu hominibus illius temporis, quod moverunt questione, si tempe testariori possint, se nec vidisse nec audisse contrarium à suis majoribus, ut in n. 83. & seqq. ruris explicabitur.

Dices: quando per documentum vel instrumentum probari potest, Jurisdictionem, modò à Sempronio usurpatam, ante annos 200. presumas ad Titum, utique presumptio conseretur, satis probabilis, Jurisdictionem vitiosum iniçit ad Sempronium pervenisse; & sic Praescriptio causam non dedisse.

**72** Resp. praesumptionem longe fortiorē esse, quod Sempronius Jurisdictionem per tot jam annos exercendō bono incepit initio: alias quippe Titus tam longevam patientiam & silentium non exhibuerit. Conser Stryck & D. Blumblacher loc. *cit.*

**73** Dico II. Tempus immemoriale non debet necessarij 100. annos excedere. Ita contra Covarr. p. 2. relat. c. poff. 5. 3. n. 9. P. Pirhing ad *b. 1. f. 3. q. 127.* Molinam, & alios concludunt Cravetta de *antiqu. temp. pag. m. 240. & seq.* Card. de Luca *defud. diff. 21. n. 43. & seq.* P. Engel *ub. supra n. 31. & seq.* Someting *ibid. n. 4.* Schneidewein ad *b. 1. q. 6. n. 35.* D. Chlingenberger *cit. loc. q. 17. circa finem.* Ratio est I. quia Praescriptio immemorialis ex dictis non denominatur præcisè à diuturnitate temporis, sed potius à memoria, quando nimur initium possessionis vel quasi possessionis juris decimandi v. g. venandi, judicandi &c. superat memoriam & recordationem hominum.

grandævæ ætatis, de facto viventum. Atqui initium possessionis potest explicatò modo memoriā hominum, de facto existentiā, superare, tametsi necdum 100. annis fuerit continuata: tum quia humana ætatis perio[di] 77 dū brevi admodum terminò circumscriptur juxta effatum coronati Vatis in *Psalm. 89. v. 9.* & seqq. tum quia viri septuageneri[m] maiores tam expedita, secunda, & expedita rarissime polent memoriam, ut eorum, quæ tempore infantia contingere, exactè reminiscantur. Ergo 100. anni præcisè ad Praescriptionem, immemoriale non requiruntur. Ratio est II. quia, ut benè argumentatur Cravetta *cit. l. n. 6.* neque Jura exposunt 100. annos, ubi de Praescriptione temporis immemorialis fermō incidit; neque exposcere prudenter voluerunt: quandoquidem Romanæ Ecclesiæ: tamquam speciale privilegium, centenarianam Praescriptionem indulserunt: evenire enim non semel, inferiores Ecclesiæ magis esse privilegiatas, quam Romanam, dum contra hanc 100. annorum Praescriptio curret, contra illas verò in pluribus casibus sola Praescriptio immemorialis, ultra 100. annos protentia procederet. Ne igitur aut sine Lege, aut contra Legem etiam loquamur, dicamus, necesse est, Praescriptionem immemorialem cum centenaria commune nil habere. Ra. 79 et III. quia plerique DD ad probacionem temporis immemorialis solimodò requirunt, ut testes de 40. annis deponant: quod planè non sufficeret, si tempus immemoriale deberet excurrere 100. annos, ut arguit *cit. Cravetta n. 3.*

Objiciunt equidem Adversarii I. quodq[ue] Praescriptio centenaria requirat titulum per cap. *si diligenter 7. b. 1.* adeoque quod immemorialis, cum titulo non egat, debeat porrigit ultra centum annos. II. quod Praescriptio hominum memoriam alter transeende nequeat, ac si 100. annos transeat: cum in *l. an ususfructus 56. ff. de Usufructu centum anni finis vita longeva hominis dicantur.*

Verum ad I. Resp. insistend[ur] communibus<sup>82</sup> Praescriptionis regulis in centenaria Praescriptione per se loquendo non requiri titulum: èd quod & quadrageneria quandoque sine titulo vim fortiorat c. 1. b. 1. in 6. Ideoque quod ratione tituli ex 4. c. diligenter in favorem Ecclesiæ Romanae decretum allegatur, in consequentiam non trahendum, multò minus èd applicandum est, ut Praescriptio immemorialis plures quam 100. annos expofere dicatur. Ad II. Resp. esse casum ex 82 rarioribus, si quis integrum facultum supervavit; & ideò, quia alias à Jure attenditur id, quod plerumque & ordinariè solet accidere *l. 3. l. 4. l. 5. ff. de L. potius spectari communione vita mortalis terminum 50. 60. 70. annorum, quam rariore 80. 90. 100. annorum.*

In eo tamen sensu contraria sententias<sup>83</sup> recipere possum, ut, si confest de Praescriptione centenaria, praesumatur immemoria-

lis, ut tenuit Rota in recent. p. 3. dec. 224. n. 2. quia, si constet de 100. annis, nec tamen initium sit cognitum, habetur tempus supra memoriam hominum. Card. de Luca de *Fus-*  
*dic. cit. dife. num. 48.*

Dico III. Praescriptio immemorialis potest Juridice probari; & quidem sufficienter, si 4. conditiones concurrent, quarum prima est, ut testes ad minimum sint 54. annorum. Secunda, ut saltet per 40. annos de viu & aucto proprio testentur. Tertia, ut afferant, se a suis etiam majoribus audivisse, quod res in statu praesenti semper extiterit. Quarta, ut afferent, de contrario usu & observantia sibi non confare. Ita Card. de Luca ubi supra num. 58. & seqq. Antonell. de *Temp. Leg.* lib. 2. cap. 112. n. 1. & seqq. P. Engel ad h. n. 34. P. Haunold traxt. 5. cap. 8. *controv. 4.* num. 319. Masicardus de *Probat.* vol. 2. conclus. 1042. num. 5. & 6. Chlingensperger cit. loc. Mynting. cent. 1. obser. 30. Itaque sapientis pronuntiavit Rota in recent. p. 3. decis. 332. num. 1. p. 4. tom. 1. dec. 274. num. 2. & rem. 2. dec. 101. n. 7. p. 7. dec. 56. num. 3. p. 10. 8. dec. 253. n. 7. Ratio primi est: quod pars, utpote simia natura, non deficit in necessariis: & consequenter debeat in Jure ex parte modus probandi Praescriptionem immemoriam. Ratio secundi est: quia prima, secunda, & quarta conditio videtur ad naturam temporis immemorialis, cuius videbilem initium hominum mentes subterfugit, pertinere: nam difficulter est credibile, quod possessor traxerit initium immemoriale, nisi producantur testes, de ejus continua durata: & nisi ad minimum 54. annos attigerit, testimonium de rebus & negotiis, durante impubertate gestis, sublestae fidei censeatur: cum impubes, factus pubes, vel in impubertate non alter testari possit, ac si tempore peracti negotii pubertati fuerit proximus, & sensum ac substantiam actorum intellexerit. Magnif. P. König ad tit. de *Tébif.* n. 4. Quod attinet ad tertiam conditionem, ea vel maximè firmat rationem temporis immemoriales: dum ex hoc, quod a majoribus accepterimus, possessionem usque & usque in moderno rerum articulo perficiemus, solide inferimus, possessoris exordium nesciri per textum in l. si artic. 28. ff. de *Probat.*

Quod si duo concurrent, quorum unus im-<sup>83</sup> memorialem possessionem probet affirmativa, alter negativa: unius aferat, à tanto & tanto tempore jus decimandi penes hunc Prelatum refessisse; alter id ipsum neget, pernegeret; affirmativa probatio erit pluris habenda, quam negativa. P. Pirhing ad h. r. n. 129. Stryckius d. c. 3. n. 29. & alii. Est enim axioma vulgarissimum, duobus testibus, affirmativa adfruentibus, magis credendum, quam centum aliis, pro negativa deponentibus. Schneidewin d. q. 6. num. 38. Idem tamen Stryckius num. 30. recte obseruat, hoc universaliter non esse recipiendum, atque in casu, quod negativa temporis immemoriales probatio ad eum fore temporis & loco corollaria, ut actus possessoris, vel famel exercitus, illos latere non potuisse, sententiam pro affirmantibus & testantibus de actibus possessoris non precipitandam, sed testium qualitatem ante oculos ponendam esse; moneteque Judicem, ut eorum, quos omni exceptione maiores perspexerit, suffragio suum conformet judicium.

Quares: an Praescriptio temporis immemoriales possit fieri per scripturam, & similia documenta?

Resp. cum Card. de Luca cit. dife. 21. de *Juri Gentium.* num. 46. & seqq. Antonell. de *Temp. Leg.* lib. 2. cap. 112. n. 5. posse fieri, non ultiuitum possessionis ostendatur, sed illius antiquitas per actus, in instrumento notatos, demonstratur. Ex quibus omnibus

Colliges I. ad Praescriptionem immemorialem du copulativae postulari: nimur ut non constet de ejus origine; & ut non constet per homines, eò tempore, quod controversia de re vel iure prescriptibili suscitatur, viventes; nec attendi vel ad scripturas antiquas, vel homines, jam defunctos, qui non amplius censemur habere memoriam. D. Blumacher loc. cit. II. Praescriptionem immemorialem à centenaria multù distare: haec enim, ut dictum, 100. annos absolute, ac quandoque titulum requirit: illa vero certum est, quod præfixum tempus non habet, ac solummodo in vim præsumptionis 40. annorum, probacionem desiderat. Conferatur Honderaus V. 1. conf. 17. num. 58. & 59. & Ockelius in traxt. de *Probat. immemor.* cap. 1. ib. 11.

## CAPUT II.

### De causa Efficiente & Finali Praescriptionis.

Sive, ut illorum palato serviam, quibus ejusmodi phrases Philosophicas non arrident, Caput secundum inscribo de Jure introductivo Praescriptionis, disquisitorum deinceps, quod Jure, Naturali, Gentium, an Civili Praescriptio sit inventa? Et quia omne agens intendit finem, eodem in capite indagabo, quæ causa, ratio, vel motivum impulerit Legis seu Naturalis seu Positivæ Conditoris, hunc acquirendi modum educendi in lucem? Sic igitur

SEC-

### De Jure introductivo Praescriptionis.

#### SUMMARIUM.

1. & seqq. Indigitatur utilitas questionis. 3. Eligitur sententia, Praescriptionem ad *Jus Gentium* referens. 4. & seqq. Prima illius ratio ex utilitate publica Gentium desumitur. 8. & seqq. Altera petitur ex communis Gentium uita & consuetudine. 17. & seqq. Tertia ex divisione dominiorum. 19. & seqq. Expenditur auctoritas Imperatoris Justiniani in s. ult. Inst. de Uso & habitat. 24. & seqq. Praescriptio inter Regem & Regam, nec non diversorum Regnum & subditis procedit. 26. & seqq. Praescriptio suæ naturæ est habilis ad dominium transferendum. 28. & seqq. Ante hujus assertione pronuntiantur.

#### S. I.

##### Sitne Praescriptio Jure Gentium introducta?

Quæstio hæc non minus ardua, quam præficia est: ardua quidem, quia pro utraque parte Doctores, & numerò & ponderes graves, reperio; proficia vero: quia ex illa dependeret, possit Re contra Regem, Res publica contra Rempublicam Praescriptionem oppondere? Sienim Praescriptionem Jure Civili introductam dicamus, solummodo inter Romani & Germani orbis subditos, non etiam Regem inter & Regem, habebit vigor. 2. rem. Quamobrem ictipot quidam Gallicus in *Differat. Jurid. Francorum.* vol. 4. diff. 22. ibid. 22. relatus, intrepide afferuit, Corona Gallica nullam omnino Praescriptionem obesse, eo ex capite: quod Praescriptio, seu figuramentum & commentum Juri Civili, illos non liget, non obliget, qui se Juri Civili subditos ac subiectos non profertur. Quodsi originem Praescriptionis Juri Gentium adscribam, perinde inter Principes atque privatos obtinebit.

Means si mentem exquiras, semper cum illis sensi, qui Praescriptio Jure Gentium introductam fuisse, docuerunt. Tales post Hugoem Grotium sunt Samuel Pufendorff de *Juris Nat. & Gent.* lib. 4. cap. 12. §. 9. Gabriel Swederus *Introduct. ad Jus publ. part. special. scđt. 2.* cap. 20. Joannes Brunner. *Comment. ad Pandectar.* ad h. t. l. 1. Joann. Wolfgangus Textor in *Synops. Juris Gent.* cap. 9. num. 24. Amadeus Ecko de h. sit. §. 7. Ockel de *Probrip. immem.* cap. 1. th. 13. P. Fridericus Ininger *dijp. Theolog. de Dom.* diff. 3. q. 2. art. 2. D. Philippus Braun in *Princip. Juri Canon.* ad h. t. p. m. 190. Sic etiam publice & privatim in hac Universitate docuit Clariss. D. Collega de Wollerent, cuius ratione & fundamento

Probatur assertio I. Praescriptio est legitimus acquirendi modus de Jure Civili. Ergo etiam est legitimus acquirendi modus de Jure Gentium. Probatur conseq. Ideo Praescriptio est legitimus acquirendi modus de Jure

P. SCHMIER JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

aliqua. 31. & seqq. Prima probatio erit ex tacita renuntiatione domini. 37. & seqq. Obstacula quadam removentur. 43. & seqq. Altera probatio desumitur ex titulo pro decreto. 50. & seqq. Instaurare repellitur. 52. & seqq. Tertia probatio ex divisione dominiorum restatur. 55. & seqq. Tres oblationes formantur, & reformatur. 66. *Carollarum.* 67. & seqq. Praescriptio suam determinationem & formam a Jure Civili accepit. 70. & seqq. Potuisse etiam hoc Jure introduci, si Jure superiori non fuisset introducta. 72. *Carollarum.*

Z

Proba-